

ut supra proximo cap. in fine. Missis solenni-
 bus nunciis ad Imperatorem perpetueque manendo sub
 Imperio renovatis omnibus privilegiis per Fredericum
 II. per auream bullam sicut predictus dotavit eos Hen-
 ricus Leo de Brunswyk et avus eius Cesar Fre-
 dericus I. et absoluti sunt per Imperatorem ab homa-
 -gio factis Regibus Danicis prius (vide clarius in Chro-
 -nico Korners.) Et de magna victoria quam obtinue-
 -runt in Merica circa Bornhövede in die Magda-
 -lena contra Dacia Regem Wolmarum Et ideo castra
 in Lubec regis destructo ordinaverunt ibidem mona-
 -sterium predicatorum in honorem Magdalene.

Cap. 37.

vii. Episcopus

Johannes de Lubek dictus ecclesia Lu-
 becentis decanus electus est in episcopum Anno
 Domini 1237. Qui mox post suam consecrationem dedi-
 cavit ecclesiam monasterium in Remevede prope
 Lubek ad II. milliaria situati. Iste assignavit
 redditus perpetuos pro pane vino & cervisia in
 coena Domini fruendos Sedid annis XII. (xxii.)

Elisabeth Anno Domini 1239. Sancta Elisabeth
 vidua moritur in Domino. Multa alia his temporari-
 bus facta (vide in Chronico Korners.) Anno Domini
 1237. papa Gregorius IX. predicari mandavit

Crucem

